

## Pierij Val Piscis.

reant, cū manifestum sit in tota hominū vita nihil dulcius innocentia reperiri, D  
 peccato verò nihil amarius, etiam si quædam aspectu primo dulcia videantur.  
 Sic apud Salomonē legitur Ecclesiaste: Nam in nouissimis, inquit, amarius felle  
 inuenies, quod initio dulce videbatur. Faciūt ad hoc & Græcorū fabulæ. Nam  
 Arrianus in Indiæ descriptione fuisse ait insulam incultā in Erythræo mari, No-  
 solam nomine ( sed Nosorā apud Stephanū legere est) centū fermè stadijs à lit-  
 tore distantem, quam indigenæ Soli sacram esse affirmarent, in quā nemo transi-  
 ret, aut si transisset, nō amplius appareret, quoniā eam vna Nereidum incoleret  
 obscuro nomine, omnibus viris qui eō nauem appulissent, commiseri solitā, ac  
 eos postea in pisces conuersos in mare dimittere: quo scelere iratam ei Solem ex  
 insula migrare iussisse, neq; eam renuisse, precatam tamen vt insita sibi volupta-  
 tis appetentia euanelceret, Deumq; optatis annuisse, ac omnes, quos illa venefi-  
 cius mutarat in pisces, in homines rursus ex piscibus cōmutasse, vnde Ichthyo-  
 phagorum genus emanarit. Ouidius tamen ait eam in piscem mutatā, eoq; mo-  
 do libidinis pruritus extingui potuit, si modo hæc eo loco intelligenda:

*Nais, an vt cantu, nimiumque potentibus herbis,*

*Verterat in tacitos iuuenilia corpora pisces,*

*Donec idem passa est. IIII. Metamorph.*

Atq; alibi apud eundem autorem pisce legas Venerem latuisse: fufus enim fuga-  
 tusq; Veneris ardor, quonam euadat nisi ad frigidam piscium nataram, in qui-  
 bus nullus alimenti fomēs, quo iterum succendi queat: Hinc nostris etiam ieiunij  
 piscis apponitur, vt eius cibo lasciuix calor tepesciat, atq; hinc etiam occasio  
 aliqua castimonix requiratur. Neq; obstant quæ superius de maris & maritimō  
 rum salacitate differuimus, quia piscium genus, vt nonnulli disputant, tametsi  
 degat in mari, ἀπόγειοισ tamē ea de causā mare sæpius Homero dicitur, quod  
 fructum nullum gignat, sed fluuioꝝ & imbrū dulcis humor per antipenstasin  
 amaritudinis corruptus, atq; in sese collectus, veluti calor in aere frigidiorē de-  
 prehensus, per frigidioris venti colluctationem in fulmē abit, ita hīc frigida ma-  
 teria quæ nō nihil terreni secum traxerit, intra calidam comprehēsa, varia pisciū  
 genera producit, quorū insitum frigus tepore inde maris facillē cōfouetur, Non  
 enim omnia piscium genera progenerant, argumento est, quod simulac in mare  
 pluuiæ deciderunt. Solq; flagrantius per sudam irradiarit, extemplō videas su-  
 perficiem maris innumerabilibus pisciculoꝝ animalis pullulare, in quibus infi-  
 nitus Apuarū numerus, quæ à Græcis ἀφύει, quod ex pluuiā generantur, nomē  
 accipere: ostrea tamen ac cōchylia, quæ libidinosa diximus, plus aeris admittūt,  
 ac perinde spumosiōra sunt, & salugini coalita & applicita, quare minimē mirū  
 si accidat hæc salaciora fieri. Atqui nō hic testacea neq; crustacea inter pisces  
 assumimus, sed duo illa tātū genera q̄ initio posita sunt, vel lubrica, vel squamo-  
 sa: in his enim nostra plurimū dictio verlatā est. quanq̄ Manilius eos qui Pisces  
 horoscopum habuerint, libidinosos futuros præfagit Astronomicōn I I I I.

*Scilicet in piscem sese Cythæra nouauit,*

*Cūm Babyloniacas summersa profugit ad vndas,*

*Anguipedem alatos unguis Typhona ferentem,*

*Inseruit, suos squamosis piscibus ignes.*

AMICITIA FIRMA.

**A**Lioqui sal amicitix symbolū fuit, durationis gratia: corpora enim solidio-  
 ra facit, & diutissimē cōseruat, vnde hospitibus ante alios cibos apponi so-  
 litum